

Unquam alias eque planas evogitaverit, quae tot efficiendis rebus aptae  
sint.

Mirabilis sane est ratio, qua Sapientissimi homines in iis tam  
sublimioribus investigationibus Astronomiam in gradibus inopinatis evadere vale-  
erunt; nunquam in suis quærentibus scrutationibus falli, neque suo tamquam digno  
furore precipitari, sed pedetentim purioribus rationibus, et subtilissimis præcau-  
tionibus veritatem præmeando; à præjudicatis sententiis detrectati, et summan-  
et integerrimam iudicii libertatem in suis investigationibus habentes, ut fac-  
conspicua illorum inventa ad utilitatem commode comparari potuissent, et  
hoc illa evidentia, et concinitate, quibus Scientia Matheseos quædet.

Diuturna observatio, reiterataque experimenta eos felicioribus hominibus  
evadit, ut veluti digitis Planetas, Solem, et Stellas attingant. Non est  
cum eorum invidia cogitationum carentium, sed nefario, viliorisque odio  
eorum, qui in prodigionum natura ignorantia immersi sunt, et melius in  
Nugis plus, quam in veritatibus versari existimant.

Mirum sane est, quantum Astronomis Limes Superioribus  
duobus seculis prolati sint, postquam ipsa Scientia peculiare quid ab Eu-  
ropæ Principum favore complexari, et protegi cepit. Honores, quos  
in tempore Reges Astronomis comparare solent, publicum testimonium  
efficiunt, quantum intam digna estimatione Scientia esse habebatur. In  
antiquissima Persia, in Regis potestatem et Sacerdotum eminentioribus,  
in Astronomis studio versati dilecti erant. Astronomi quondam in  
Concilium, et iudicium Sacedemoniorum Regum vocati fuerunt. Neque  
dubitamus quantum Ptolomeus Philadelphus 2<sup>us</sup> Egyptiorum Rex  
Eam Scientiam protegebat. Simul cum ipso in Astronomis studio præ-  
ruerant Callimachus, Apollonius, Aratus, Bion, Teocritus, et Cæcilius.  
Astronomia semper ab Imperatore Tiberio Graco, Claudio, peculiariter  
ab Adriano, Severo, et Leone 5<sup>o</sup> Constantinopole, et à 2<sup>o</sup> Federico  
entis, et ab Alfonso decimo Hispania Rege, et ab alijs Asia, China  
Regibus exulta fuit. Hoc solum eorum Livij, tamquam Augustij protectio-  
nibus Scientia sustineri, et elevari possunt. Accademiarum Constitutio



Cum Stellarum fixarum regulatim utebantur, ita ut 4' temporis quotidie Stella prius quam Sol per meridianum transibant, et hoc non sine magna utilitate. Nam peracta hora ipso in horologio etiam per meridianum 15' Sphaerae caelestis transibant, cum ipsis et facile, et summa commoditate ascensionum Rectarum Syderum differentias observabant, conversis ita temporum differentiam in ascensionum Rectarum differentias 15°: 1<sup>h</sup>.

Cum tellus circa suum axem aequabili motu giretur, Revolutiones diurnae Astrorum aequali tempore absolvuntur, adeoque ad designandum tempus adhibentur, sed quia haec Revolutiones non nisi successive sunt, et alterum Sydus post alterum suum Circulum perficit, isque motus perpetuo continuatur, non est modo unum pro reliquis Seligendum, Cujus Revolutiones pro temporis mensura adhibeantur, sed etiam certus terminus statuendus, ex quo initium Singularum Revolutionum ducatur. Jam vero Sol teluris respectu reliqua omnia splendore sine Comparitione Superat, adque ideo ejus Revolutionis dimetiendum tempus aptissimum ipsa natura commendare videtur, Horizonte tamquam termino, a quo eorum initium computetur, adhibito. Interea tamen cum telluris incolae Sol non nisi respectu Horizontis sensibili oriatur, et occidat, qui Circulus admodum irregularis est, raro cum Horizonte rationali congruit, saepe vapores Solem occultant, ejusque Radii detortis ipsius figuram varie deformatam ad oculos appellit, ac praeterea dies per Horizontem terminari nequeunt, quatenus notabiliter crescant, et decrescant, adeoque nimis inaequales sint. Observator meridianum pro fort velut terminum Revolutionum diurnarum, ac principium diei constitutum, et ipsum meridiei momentum, quo scilicet Solis Centrum ad planum sui meridiani accedit.

Itaque Dies Astronomicus est intervalum temporis elapsi inter momentum, quo Centrum Solis per planum meridiani transit, et quo peracta integra Revolutione ad tempus idem redit. Nam si Sol omni motu alio apparente careret, praeterquam Revolutionis diurnae